Kolbe, A. De suffixis ...
Homerico
Diss.

Greifswald 18..

[illegible]

[illegible]

[illegible]

DE SUFFIXI ΘΕΝ USU HOMERICO.

DISSERTATIO
INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITERARUM UNIVERSITATE
GRYPHISWALDENSI

UNA CUM SENTENTIIS CONTROVERSIS

AD SUMMOS

IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE OBTINENDOS

DIE IV. MENSIS MARTII ANNI MDCCCLXIII

H. XII L. S.

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

ALEXANDER KOLBE,

POMERANUS.

ADVERSARII ERUNT:

C. DAMMANN, DR. MED.
H. HIECKE, CAND. PHILOL.
L. AHLBORY, CAND. THEOL.

GRYPHISWALDIAE,

TYPIS FRID. GUIL. KUNIKE, REG. ACAD. TYPOGR.

1863.

PRAECEPTORI SUMME REVERENDO

G. F. SCHOEMANNO

VIRO CUM IN CETERIS CLARISSIMO

TUM RERUM GRAMMATICARUM RATIONE TRACTANDARUM

AUCTORI GRAVISSIMO.

Ne quis tanquam parua fastidiat grammatices elementa, quia interiora uelut sacri huius adeuntibus apparebit multa rerum subtilitas, quae non modo acuere ingenia puerilia sed exercere altissimam quoque eruditionem ac scientiam possit. *Quint. Inst. or. I, 4, 6.*

I.

Quid significet proprie suffixum θεν.

De suffixi θεν usu Homerico disserere quoniam instituimus: ne quasi sine fundamento domum exstruere uideremur, id ante omnia faciendum putauimus, ut, quae proprie uis in illa uocula inesset, explicaremus. Respondet [1]) igitur hoc suffixum ei quod in Sanscrita lingua *tas*, apud Latinos *tus* [2]) scribitur: quae formae eodem fere cognationis uinculo continentur quo in iisdem linguis terminationes personales *μεν* (Dor. *μες*), mas Scr., mus Lat. (φέρομεν, b‘arâmas, ferimus). Namque [3]) et Indorum अ in ε atque in Lat. *u* persaepe immutari in uulgus notum est, nec raro sibilanti in fine uocabuli apud Graecos *ν* substitui solet [4]), siue ex ipso σ euasit [5]), siue abiecto illo ad confirmandam ultimam uocis uocalem postea adiectum est [6]). Restat, ut, θ quomodo ortum uideatur, addamus. Hac enim littera respecta *d‘* potius quam *t* in Scr. lingua apparere conicias [7]), quippe cum omnino Graecorum aspiratae tenues mediarum aspiratarum Scr. sermonis uices expleant, ut φ plerumque *b‘* aspiratae, χ *g‘* uel *h*, θ de-

nique *d'* loco deprehendatur[8]. Et inuenitur hoc ipsum d'as in praepositione ad'as (infra). Ad quam forma sane ϑεν suffixi proxime accedit: qua re tamen a *tas* tantum abest ut diuellatur, ut hoc quasi ponte quodam inter se coniungantur. Nam, ut cum Curtio[9]) dubitemus, rectene interdum Graecorum ϑ respondere Lat. *t* statuatur[10]): haec uix iusta uidebitur causa, cur cum Lat. *tus*, Scr. *tas* ϑεν coniungere nolimus, id quod nuper doctis quibusdam uiris placuit[11]). Imo probatur nobis illorum opinio qui, sicuti apud Graecos praeter ϑεν τος (ἐκτός, ἐντός) habeamus, ita apud Indos secundariam suffixi *tas* formam d'as exstitisse censent[12]). Neque desunt exempla quibus leni formae aspiratam facile adiungi demonstretur[13]): quam rem hic euenisse eo minus mireris, quod ea (primitus quidem) sequitur consonans (*s*, σ) quae aspiratis imprimis faueat[14]). Ceterum *tas* refertur[15]) ad demonstratiuam illam radicem *ta* quam etiam in Graeco τόν (cf. Lat. is-*tum*) habemus. Qua radice cum seiuncti quid ab eo qui loquitur significetur: particulis *tas* et ϑεν, quae usum quoque similem admodum habent[16]), ipsa seiunctio siue seiungendi actio declaratur.

Ergo accedentibus nobis ad Homericos locos hoc constabit, ϑεν particula sicuti Indorum suffixo *tas*, quocum etiam etymologice conuenire illam ueri simile certe arbitramur, significari proprie locum ex quo quid proficiscitur; tum etiam, ut ferme fit, de similibus rebus usurpari licet; ut uice fere fungatur ablatiui[17]), quem Graecis sic uindicare non dubitarimus. Genitiuis certe, quamquam antiquitus huc sunt relatae[18]), minime congruentes putandae sunt formae in ϑεν exeuntes: etiam si non raro adhibentur ubi in pedestri sermone genitiuos ponimus, atque etiam inueniuntur exempla[19]) quibus aberratione quadam uel confusione elocutionis pro uero genitiuo hoc ϑεν scriptum esse non possimus negare.

An uero iis assentiemur qui genitiuo eandem significationem tribuunt quam nostro ϑεν assignandam esse apparet? Quod quam falsum esset, cum alii demonstrarint[20]), uix opus est multis hic repetere. Satis habemus

commemorasse, quonam modo fieri potuerit, ut genitiuus, siquidem, unde quid exeat, primitus declarat, ad accuratiorem notionis antecedentis explicationem adhiberetur[21]) uelut in Τροίης ἱερὸν πτολίεϑρον, ἱερὸν[22]) μένος Ἀλκινόοιο, Μαλειάων ὄρος αἰπύ et quae sunt reliqua id genus. Nec negligendi profecto sunt loci qualem habemus Od. 3,249 sqq.: Ποῦ Μενέλαος ἔην; .... ἦ οὐκ Ἄργεος ἦεν Ἀχαιϊκοῦ; Vbi Menelaus erat? — An Argis[23]) non erat Achiuis? Adde ad hunc locatiuum genitiui usum (de quo uide etiam Sch. p. 147 med.) exempla huiusce modi: ἰὼν πολέος πεδίοιο. Il. 5, 597. πεδίοιο διωκέμεν ἔνϑα καὶ ἔνϑα. ibd. 222, ubi cum simplicius per se πεδίοιο cum uerbo, non cum ἔνϑα uideatur construi, tum similibus quos addidimus locis comprobatur. πεδίοιο διωκέμεν ὄρνεον ἄλλο. Il. 13, 64. πόλινδ' οἴσουσι κονίοντες πεδίοιο. ibid. 820. ἐπέτοντο κονίοντες πεδίοιο. Od. 8, 122. ἔσχατοι ἀνδρῶν, οἱ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος. (De accentu uocis οἱ cf. e. c. Reiz. de acc. incl. p. 6.) Eaque inter genitiuum et locatiuum necessitudo intercedit, ut uel eiusdem exitus interdum uterque casus particeps fiat (Scr. as'vayôs = in duobus equis et duorum equorum)[24]), uel in alterius formam alter casus inuadat[25]).

Quid multa? Suum cuique concedatur: maneat genitiuis inhaesiua, ut ita dicam, et definitiua uis, ablativorum loco formae in ϑεν cadentes habeantur. Quod quam recte cum Boppio[26]) proferamus, insequentium exemplorum copia demonstrabitur. Ἰλιόϑεν με φέρων ἄνεμος Κικόνεσσι πέλασσεν. Od. 9, 39. Οἰχαλίηϑεν ἰόντα παρ' Εὐρύτου Οἰχαλιῆος. Il. 2, 596. Νιρεὺς αὖ Σύμηϑεν ἄγε τρεῖς νῆας ἐΐσας. ibd. 671, quibus locis sic P. (Paraphrasis Iliadis Graeca a Bekkero scholiis in Iliadem appendicis loco addita. Berol. 1827.): ἀπὸ Οἰχαλίας πόλεως πορευόμενον παρὰ Εὐρύτου τοῦ Οἰχαλιέως. ὁ Νιρεὺς πάλιν ἀπὸ Αἰσύμης ἤγαγε τρεῖς ναῦς ἰσοτοίχους. ἔνϑ' (quo) Ἀργόϑεν ναῦν ποντίαν ἐστείλαμεν. Eur. Iph. T. 70. ἐξάγειν Θήβηϑεν. Diod. Sic. 15, 52. Ἀργεῖοι ἀνέϑεν τῷ ΔιϜὶ τῶν Κορινϑόϑεν, ex spoliis Corinthiis detractis. Boeckh. Corp. Inscr. I nr. 29 p. 47. cf. (apud Mommsenium Röm. Gesch. I ed. 2 p. 295 nt.)

ίρον ὁ Δεινομένεος καὶ τοὶ Συρακόσιοι τοῖ Δὶ Τύραν' ἀπὸ
ʼμας. Neque raro, cuias quis sit, his formis exponitur
le ab Homerico illo: Τίς πόϑεν εἷς ἀνδρῶν; cf. Hdt. I, 35:
υνϑάνετο ὁκόϑεν τε καὶ τίς εἴη. Sicuti igitur apud Latinos
bemus: „Reducitur ad eum deprensus ex itinere N. Ma-
ıs Cremona.“ (pro uulgari Cremonensis). Caes. B. C.
24, 1. uel „Caesar desiderauit equites C. Fleginatem
acentia, A. Granium Puteolis, M. Sacratiuirum Capua.“
l. III, 71, 1; atque tribuum nomina nudis ablatiuis addi
lent[27]): ita Graece genus, δῆμος imprimis ϑεν particula
ssim significatur. 'Αλωπεκαὶ δῆμος τῆς 'Αντιοχίδος· ὁ δὲ
ιότης 'Αλωπεκεὺς καὶ 'Αλωπεκῆϑεν. Harpocration (ed.
kker. Berol. 1833) p. 13. Σωκράτης ὁ 'Αλωπεκῆϑεν.
ato Gorg. 495 d. 'Αριστείδης ... τῶν δὲ δήμων 'Αλωπεκῆϑεν.
ıt. Aristid. 1. (cf. Pericl. 3. init.: τ. δὲ δήμων Χολαργεύς.)
ͅ Κριτοδήμου ϑυγατέρα τοῦ 'Αλωπεκῆϑεν. Lys. 19, 16.
ιστόμαχος ὁ 'Αλωπεκῆϑεν. Demosth. 23, 13. ἐπετρέψα-
ν Νικομάχῳ Βατῆϑεν. Isocr. 18, 10. Λυσικλῆς Δρακον-
ου Βατῆϑεν. ter legitur Boeckh. Corp. Inscr. I nr. 141
196 sqq. ... ικοῦ Περγασῆϑεν ibd. Τάδε παρέδοσαν οἱ
μίαι τῆς ϑεοῦ οἱ ἐπὶ Δεξιϑέου ἄρχοντος [interciderunt
aestorum quattuor primorum nomina] τῆς Κεφαλῆϑεν,
ιόμαχος 'Αχαρνεύς. nr. 151 p. 238 sqq. similiter in cata-
;is quibusdam 'Αγρυλῆϑεν (quater). nr. 293 p. 401, 'Αλω-
εῆϑεν, Παλληνεὺς, Κολωνῆϑεν, Βατῆϑεν nr. 295. p. 401 sq:
Göttling. ad Hes. Op. 1. ἠρόμεν ὁπόϑεν δημοτεύοιτο ...
ιδὴ δὲ ἀπεκρίνατο ὅτι Δεκελειόϑεν. Lys. 23, 2. τινὰ
εελειόϑεν δημοτευόμενον Παγκλέωνα. ibd. §. 3. Σιμμίας
ὁ Θηβαῖος καὶ .... καὶ Μεγαρόϑεν Εὐκλείδης τε καὶ Τερ-
ον. „Simmias aus Theben ..., aus Megara Eukl. ...“
ıtons Phaedon Griech. und Deutsch. 2. Aufl. Leipz.
gelmann. 1849. Μοῦσαι Πιερίηϑεν (= Πιερίδες Scut. 206)
ιδῆσι κλείουσαι δεῦτε δὴ ἐννέπετε. Neque enim uideo (cf.
ttling. et Heinsium h. l.), quid sit quod hac simplicis-
na constructione omissa Πιερίηϑεν aut ad δεῦτε uer-
s sequentis abstrahamus potius quam referamus (ctr.
hreuelium. Hesiod. quae exstant c. nt. Lips. 1684: „Huc
este ad me ex Pieria“, Tzetzen, Spohnium) aut cum

κλείουσαι coniungamus. (ctr. G. Hermannum). Certissime igitur apud Graecos θεν suffixi uis ablatiua cognoscitur. Quid quod in Pracrita [28]) lingua ablatiuus ex radice addito dò, quod respondet Scr. *tas*, linguae Pali *to*, efficitur, Scr. uero sermonis ablatiui *t* terminale [29]) cum *tas* particula haud dubie cohaeret? Neque huc non pertinent ablatiui in *d* exeuntes, qui lingua Sendica [30]), Osca [31]), prisca Latina [32]) seruati sunt, alibi [33]) uestigia certe reliquerunt.

Et dubitabit quisquam has formas in θεν cadentes habere pro ablatiuis?

II.

De forma θε ν finali carente.

Jam uero, ueluti multa in linguis litterisque humanis initio uiuida quasi atque uigentia usu quotidiano elanguescunt torpescuntue, sic minime ubique nostro θεν propriam uim conseruatam uidemus, sed magis magisque obtusum uocabulum esse et passim iam apud Homerum hebetatum legentibus occurrere. Euenit autem persaepe, ut mutata notionis ui ne forma quidem, utpote quae debeat accommodata esse rei, in statu suo perseueret, sed uel accentus inuertatur [1]), uel longa syllaba corripiatur [2]), uel littera eiciatur [3]), aliqua denique ratione ipsa uox immutetur [4]). Neque θεν suffixo hoc non accidit. Saepius enim (ac proprie certe ubi non plane viget [5]) itaque praecipue in adverbiis) ν finale abicit [6]) et sequente uocali etiam ε, ut interdum nihil relinquatur nisi θ' (πρόσθεν, πρόσθε, πρόσθ'). Ceterum ex iis quae supra de suffixi origine dicta sunt efficitur hic quidem minime licere putari ν postea esse assumptum. Ea enim quae contra monuit Pottius [7]) vix satis grauia nobis cum Boppio (III. 67, 68 nt.) argumenta uidentur quibus θε principalem esse formam nobis persuadeat, cum praesertim et apud Homerum et apud Atticos in substantiuis raro certe inueniatur neque unquam pronominibus personalibus addatur, denique hac breuiore

forma imminuta fere ipsa suffixi notio appareat. Hoc tamen uir doctissimus (Etymol. Forsch. II, 302 sqq.) comparatiuae ille quidem grammaticae scientia adiutus contra Buttmann.[8]) recte exposuit nequaquam ubique ν ἐφελκυστικόν quod uocatur primitus uocabulis adesse, postea interdum euanuisse. Imo sola terminatione σι(ν) uel uerbali uel nominali respecta nomen ἐφελκυστικόν uel παραγωγικόν plane suo iure traxisse uidetur; quamquam alibi ueluti in ἔτυπτεν (cf. Scr. Lat. —at) in abiectae consonantis locum successisse quodam modo uidetur[9]), neque desunt exempla quibus ex ipso σ finali ortum arbitreris[10]). Quod autem apud Aeoles et Dores praeter formam θεν θα in usu fuisse perhibetur, satis magno argumento nostrae esse sententiae uidetur, quoniam nisi in iis aduerbiis θα non inuenitur quae a propria significatione aliquid discesserint, ν autem exstat ubicunque motus ex aliquo loco declaratur. Cf. Apoll. de adu. p. 563 l. 21 sqq.: οὐ γὰρ ἐφικτὴ πᾶσα μετάθεσις τῶν εἰς θεν ληγόντων τοπικῶν εἰς τὸ α· οὐ γὰρ οὐρανόθεν οὐρανόθα φασὶν οὐδὲ τὸ ἄλλοθεν ἄλλοθα, τὸ δὲ ἔμπροσθεν ἔμπροσθα, ἔνερθεν ἔνερθα, ὄπισθεν ἄπισθα· ὁ δ' ἐξύπισθα καυταθείς· πρόσθεν πρόσθα. Vide etiam p. 604 l. 16 sqq. Ahrens. de dial. Gr. I, p. 153.

III.

Quo modo formae in θεν exeuntes effingantur.

De ipsius suffixi θεν origine, natura formaque quoniam disseruimus: quanam ratione uocibus affigatur[1]), quoque loco accentus pronuntietur[2]), paucis uidetur exponendum, eo magis quod nusquam satis subtiliter, perspicue, eleganter explanata haec uidimus. Nos quidem quam simplicissime et accuratissime rem peragere pro uirili parte studebimus.

Ac primum quidem iis nominum pronominumque thematibus[3]) quae in uocales exeant nudum θεν adicitur, consonantibus interposito ο coniungitur. (cf. Pott. II, 375): ἐμέ-θεν (Thema ἐμό cf. ἐμός vel debilius ἐμε cf. ἐμε(σ)ιο.

Bopp. II, 104 sq.), εὐνῆ-θεν, πό-θεν, Πυλό-θεν, ἀλ-ό-θεν. Sic Διόθεν quoque et ἠῶθεν facillime explicantur, utpote quae ex ΔιF-ό-θεν[4]) et ἠFοσ-ό-θεν[5]) euaserint. Age uero κρῆθεν (in κατὰ κρῆθεν) nonne ab norma modo proposita discedere ita uidetur, ut τ finale thematis (κάρητ-ι Il. 15, 75) non sit respectum? Attamen haec difficultas nullo negotio tollatur κατὰ κρῆθεν in κατ' ἄκρηθεν mutato (Bk. L. M.). Tum uero loco Hesiodeo (Sc. 7) τῆς καὶ ἀπὸ κρῆθεν βλεφάρων τ' ἄπο κυανεάων quid faciemus? Reuertamur igitur cum Spitznero (ad Il. 16, 548) et Thierschio (§. 131, 3) ad Aristarcheam[6]) scripturam κατὰ κρῆθεν, in qua iam non offendemus, si quidem reputauerimus neque τ necessario ad radicem pertinere, quippe ex qua etiam κάρα-ν-ος et κάρη-ν-ον oriunda esse intelligamus, et ab ipsa radice κ(α)ρα siue κ(α)ρη similiter atque κρή-δεμνον hanc uocem bene potuisse deriuari. — Quotienscunque autem θεν comparatiuo τερο suffigitur, ne quattuor deinceps breves syllabae se excipiant, ο in ω mutatur: ἑτέρωθεν, ἑκατέρωθεν, similiter ἑτέρωθι (◡◡–◡ pro ◡◡◡◡), cf. σοφώτερος pro σοφό-τερος (◡–◡◡ pro ◡◡◡◡).

Aduerbia plerumque nulla mutatione facta θεν recipiunt: ἄνευ-θεν, nisi quod in quibusdam littera antecedens uel ω uel σ haud dubie ad leuandum metroue accommodandum uocabuli pondus extruditur: ἑκάτερ(ω)θε, ἔκτο(σ)θεν, ὄπιθεν pro ὄπισθεν quod ipsum ad ὀπίσωθεν refertur. Similiter semper fere πρόσθεν legitur pro πρόσωθεν uel πρόσσοθεν (Il. 23, 533), quod, quia duplex fortasse σ primitus inerat (Benfey. I, 137), non tam traiecta quantitate[7]) quam correpto ω (cf. ἔξοθεν pro ἔξωθεν ap. Stesichorum. Schol. D. Thr. p. 945 l. 26) ex illo prodiisse dicemus[8]). Porro sunt aduerbia quorum ν vel ς finale ante θεν nunquam conseruetur: ἔνδοθεν, σχεδόθεν, ἕκαθεν, ἐγγύθεν. Cuius rei nescio an haec fuerit causa, quod formae illae ex ipsis iis adiectiuis thematibus factae uidentur quorum casus primitiua aduerbia ἔνδον[9]), σχεδόν[10]), ἑκάς[11]), ἐγγύς[12]) fuisse existimauerim. Πάροιθεν autem simplicissime cum παροίτερος, παροίτατος ad locatiuam formam πάροι reuocemus, cui casui θεν affixum uidetur[13]). Postremo animad-

uertendum est semper ἐκεῖϑεν neque nunquam ἔνερϑεν apud Homerum omisso primo ε legi, quam rem minime mireris, quia initio uocabuli latissime illud quidem patet, quod radici uocalis additur, nonnunquam etiam subtrahitur[14].

Deinceps[15] ut metaplasticas formas uelut ῥιζόϑεν omittamus, praesertim cum apud Homerum non exstent, de accentu dicendum erit. Et ualent huc quidem in uniuersum generales leges prosodiae, primum ut tonus in deriuatis uocabulis loco suo remaneat (πόϑεν, ὅϑεν, τόϑεν, scr. kútas, yátas, tátas) nisi aucto nimis in fine uocabulo, unde ἐτέρωϑεν ex ἕτερος habemus, deinde ut ultima breui, si ipsa longa natura sit, penultima circumflexo insigniatur, ut in εὐνῆϑεν ab εὐνή. In ο tamen antecedens ϑεν plerumque accentus descendit: Ἰλιόϑεν, λειμωνόϑεν cf. κοτυληδονόφιν, κυκλόσε, similiter atque apud Indos adeo tonus usitato in uocibus compositis more (Bopp. Vergl. Acc. p. 189) imminuatur, ut apud substantiua tas nunquam non acuatur (d'armatás ex iure, iuste), id quod apud Graecos soli ποϑέν indefinito accidit, cuius forma ab interrogatiuo πόϑεν una accentus debilitate differt, nimirum quia omnino apud Graecos uoces indefinitae ut infirmiores sensu ita inferiores tono sunt quam interrogatiuae, quibuscum ceteroqui congruunt[16]. Tria tantum nomina non in ο, sed in radicali syllaba accentum reseruarunt: οἴκοϑεν, ἄλλοϑεν, πάντοϑεν (quamquam inuenitur etiam πανόϑεν), fortasse quia hae formae iam antiquissimis temporibus exstiterunt itaque antiquitatis paullo sunt tenaciores. Pariter non solum ἔνδοϑεν, uerum etiam ἔκτοσϑεν, ἔντοσϑεν, ἕκαϑεν (ἀνέκαϑεν) denique ὕπερϑεν (ἄποϑεν) proparoxytona ab oxytonis primitiuis formantur (Att. tamen ἕκας Apollon. de adu. p. 570 l. 26) tono principali haud dubie sedi restituto, quod in ὕπερϑεν et ἄποϑεν facillime intelligitur quoniam certissime[18] proprie priores syllabas ὑπέρ et ἀπό acuerunt, unde inclinantibus ad uocem ipsis definitam praepositionibus tonus uulgo quidem progressa est; aduerbialiter autem positarum praepositionum accentus in penultima remansit cf. πάρα = adest, ἄνα = surge etc.

Denique ut ποθέν indefinito ita ὅθεν recto sensu collocatum accentu inclinatur; validiore notionis ui uel interrogatiua uel reflexiua utriusque tonus quoque stabilitur [19]).

Jam absolutis iis quae in uniuersum de suffixo θεν disputanda uidebantur transeamus ad consideranda exempla quaecunque in Iliade et Odyssea quales nunc manibus tenemus leguntur. Quam rem sic instituemus, ut primum substantiua, deinde adiectiua, tum pronomina, postremo aduerbia enumeremus [20]), quaeque ad singula recte diiudicanda pertineant addamus. Quibus factis nihil restabit, nisi ut quae inde sequuntur paucis comprehendamus totumque opusculum conficiamus.

IIII.

Enumerantur substantiua quae addito θεν apud Homerum occurrunt.

Atque ut initium faciamus a substantiuis, θεν, ut pertinet primitus ad locum ex quo quid prodit uel efficitur, ita apud substantiua hoc saepissime usu inuenitur. Cuius rei exempla primum non pauca propria nomina, quibus etiam in pedestri sermone non ita raro θεν additur, deinde appellatiua recensebimus.

1. Nomina propria.

a) Urbium nomina.

Ἀβυδόθεν. ὅς οἱ Ἀ. ἦλθε. Il. 4, 500.

Αἰνόθεν. ὃς ἄρ' Αἰ. εἰληλούθει. Il. 4, 520.

Ἀρίσβηθεν. ὃν Ἀ. φέρον ἵπποι. Il. 2, 838 (Omisit L. M.) 12, 96.

Ἰλιόθεν. ἔπλεεν Ἰ. Τρώων πόλιν ἐξαλαπάξας. Il. 14, 251. I. φέρων ἄνεμος Od. 9, 39.

Καβησόθεν. K. ἔνδον ἐόντα. Il. 13, 363.

Μυκήνηθεν. αἵ τοι ἕποντο M. Il. 9, 44 (Omisit Dc. p. 1315 s. u. Μυκήνη).

Οἰχαλίηθεν ἰόντα. Il. 2, 596.

Πυλόθεν, ἣ φέρε Τηλέμαχου Π. Od. 16, 323.

Σπάρτηθεν. ἤ τινας ἐκ Πύλου ἄξει ἀμύντορας. ἢ ὅγε καὶ Σπ. Od. 2, 327. υἱεῖ δὲ Σπ. Ἀλέκτορος ἤγετο κούρην Od. 4, 10.

Τροίηθεν. (L. M. Τρώηθεν, Τρώηθε[1])) Τ. ἰών. Od. 3, 257. ἰόντες. 3, 276. 4, 488. ἀποπλαγχθέντες Od. 9, 259. ἀλώμενος. 11, 160. (Dc. omisit 3, 276. 11, 160).

Compara cum his formis de Latinis urbium nominibus ablatiuos, cum nude positi unde quid ueniat significant.

b) Terrarum insularumque nomina.

Θρήκηθεν. τώτε Θ. ἄητον. Il. 9, 5. τὸν νῆες Θ. ἄγουσιν 72.

Κυθηρόθεν ἔνδον ἐόντα. Il. 15, 438.

Κρήτηθεν. ὁπότε Κρ. ἵκοιτο. Il. 3, 233.

Λεσβόθεν. τὴν Λ. ἦγεν. Il. 9, 664.

Λυκίηθεν. ἀπορνύμενον Λ. Il. 5, 105.

Σύμηθεν. Νιρεὺς αὖ Σ. ἄγεν τρεῖς νῆας ἐΐσας. Il. 2, 671.

Σιδονίηθεν. γυναικῶν Σιδονίων, τὰς αὐτὸς Ἀλέξανδρος θεοειδὴς ἤγαγε Σιδονίηθεν. Il. 6, 291. „ex Sidonia, finibus Sidoniis“ (Σιδονία Od. 13, 285), non: Sidone (Papius parum accurate: Aus Sidon, von Sidon her).

Σκυρόθεν. τὸν παῖδα Σ. ἐξαγάγοις. Il. 19, 332.

c) Montis nomen.

Ἴδηθεν κατιοῦσα. Il. 4, 475. Ζεὺς δὲ πατὴρ Ἴδηθεν ἐπεὶ ἴδε. Il. 8, 397. Ἴδηθεν Οὔλυμπόνδ' ἐδίωκε. Il. 8, 438. Ζεῦ πάτερ Ἴδηθεν μεδέων, κύδιστε, μέγιστε. Il. 3, 276. 320 (h. l. om. Dc.) 7, 202. 24, 308. ex Ida monte regnans.

Longe alia quidem opinio apud ueteres ferme obtinuit. cf. Schol. Il. 3, 276: ἡ διπλῆ, ὅτι (i. e. signum criticum adiectum est, quod) ἀντὶ τοῦ Ἴδης μεδέων. — τῆς Ἴδης βασιλεύων ἢ ἐξ Ἴδης, ὥς τινες. τὸ γὰρ θεν μόριον ἤτοι παρέλκεται[2]) ἢ ἀντὶ τῆς ἐξ προθέσεως λαμβάνεται. — ἐξ Ἴδης ἐποπτεύων. — ad 3, 320: ὁ τῆς Ἴδης βασιλεύς· τιμᾶται γὰρ ἐν τῷ ἀκρωτηρίῳ τῆς Ἴδης Ζεύς. καὶ βωμὸς αὐτοῦ ἐστιν, ὡς καὶ αὐτός ὁ ποιητής φησι· Γάργαρον· ἔνθα δέ οἱ τέμενος βωμός τε θυήεις. (Il. 8, 48) — ad 7, 202. ἡ διπλῆ, ὅτι τὸ θεν παρέλκει, νῦν ἔστι γαρ ἀντὶ τοῦ Ἴδης. — Apollon. adu. p. 598

l. 28: οὐ γὰρ ἄλλο ἐστὶν ἢ Ἴδης μεδέων. p. 608 l. 25 sqq.: ἔσθ᾽ ὅτε ταῖς γενικαῖς μόνον ἡ παραγωγὴ ἰσοδυναμεῖ... ὡς τὸ Ἴδηθεν μεδέων. p. 623 l. 26 sqq.: ἀντὶ γὰρ γενικῆς τῆς Ἴδης φασὶν Ἴδηθεν μεδέων. P. (cf. p. 3) autem semper habet: (ὁ) τῆς Ἴδης βασιλεύων, quasi nihil sit nisi uocis Ἰδαῖος circumlocutio (Il. 16, 605. 24, 291). Sed hanc eandem ob causam, quod Idaius Iuppiter uocatur, quodque templum in monte habitat, uidetur etiam ex monte res hominum regere. Nam a sede regis regendi actio in omnes circum partes proficiscitur. Quid autem est, cur in hac una phrasi aliter intelligamus, atque ceteris locis debet explicari Ἴδηθεν? An uero est locus ubi addito θεν nomina propria genitiuorum loco habeantur? Nam quod alibi licet μεδέων cum genitiuo coniungi, quid huc ualet? Non dissimiliter deus apud Lucam 11, 13 ὁ πατὴρ ὁ ἐξ οὐρανοῦ ab Iesu appellatur, cum loco in cetris admodum pari apud Matthaeum 7, 11 ὁ πατὴρ ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς legatur, quae formula in hoc euangelio saepius redit (5, 16. 6, 1. 6, 9. 7, 21. 10, 32. 33. cf. Mrc. 11, 25 — ὁ πατὴρ ὁ ἐν οὐρανοῖς Mth. 5, 45. 12, 50. 16, 17. 18, 10. 14. 19), atque etiam ὁ πατὴρ ὁ οὐράνιος (cf. Ἰδαῖος) dicatur. Mth. 5, 48. 6, 14. 26. 32. 15, 13. 18, 35. 23, 9. (Ceterum Lucas neutrum epitheton, Marcus alterum uno loco (11, 25) usurpat).

2. Nomina appellatiua.

ἀγορῆθεν. ἀφήσω πεπληγὼς ἀγ. Il. 2, 264. ἦμος ἐπὶ δόρπον ἀνὴρ ἀγ. ἀνέστη Od. 12, 439. tempore pomeridiano. Dc. p. 12. cf. πλήθουσα ἀγορά, πρὶν λυθῆναι ἀγοράν etc. — Od. 10, 114: ἐξ ἀγορῆς ἐκάλει. Sic etiam ἐξ Ἴδης praeter Ἴδηθεν in Iliade legitur. 8, 75 cf. Similia saepe inueniuntur.

ἀγρόθεν. ἐρχομένην. Od. 15, 428. κατιόντα ἀγρ. 13, 268.

ἀπείρηθεν. γρηῦς ἀπειραίη, τήν ποτ᾽ ἀπείρηθεν νέες ἤγαγον. Od. 7, 9. (ad elocutionem cf. πατροφονῆα, ὅς οἱ πατέρα κλυτὸν ἔκτα. ἀμφικτίονες, οἱ περιναιετάουσιν) ex continenti. De Epiro uix acceperim. An unquam haec terra ab Homero nominatur? (cf. Pape. Wörterb. der Griech. Eigenn. ed. 2. p. 145. s. u. Ἤπειρος: Das eigentliche Epirus

hat zuerst Thuc. 3, 114). Contra Bk. L. M. Ἀπείρηθεν scribunt. cf. Nitzsch. ad Od. Vol. II p. 135.

δαίτηθεν ἰόντα. Od. 10, 216.

δημόθεν. καὶ οἱ τοῖς τ' ἄλλοις ἑτάροις.. δημόθεν ἄλφιτα δῶκα καὶ αἴθοπα οἶνον ἀγείρας. Od. 19, 197. cf. ἡμεῖς δ' αὖτε ἀγειρόμενοι κατὰ δῆμον τισόμεθ'. Od. 13, 14. — L. M. von Volkswegen.

εὐνῆθεν ἀνίστατο. Od. 20, 124. cf. ἐξ εὐνῆφι, ἐξ εὐνῆς, ἐκλεχέων.

ἱππόθεν ἐκχύμενοι. Od. 8, 515. ἐξίμεναι (Alii ἐξέμεναι). 11, 531.

κλισίηθεν. ex tabernaculo, ἐκ κλισίης. (Il. 9, 178). κλ. ἄγοντες. Il. 1, 391. ἀπούρας. 9, 107. ἀκούσας ἔκμολεν. 11, 503. Si quidem κλ. pertinet ad ἀκούσας, cf. Il. 9, 572: ἔκλυεν ἐξ Ἐρέβεσφιν. — κἀκεῖνος ἔσωθεν ἀποκριθείς. N. T. Luc. 11, 7.) κλ. ἰόντα. 12, 336. (Desideraui apud Dc.) ἰοῦσα. 19, 288. ἀνείλετο χάλκεον ἔγχος 13, 296. οἰσέμεναι κλ. 23, 564.

λειμωνόθεν. ἔρεψαν ὄροφον λ. ἀμήσαντες. Il. 24, 451. „de prato.“ Dc.: ex palude colligentes.

οἴκοθεν, domo, usitatum etiam Pindaro et Atticis (Pd. Ne. 9, 46: οἴκοθεν στείχειν. Plat. Parmenid. 126 a: οἴκοθεν ἐκ Κλαζομενῶν.) Il. 11, 632: δέπας, ὃ οἴκ. ἦγ' ὁ γεραιός. „which he brought from home.“ Dc. Translato sensu: de meo, de suo: πάντ' ἐθέλω (ει) δόμεναι καὶ ἔτ' οἴκ. ἄλλ' ἐπιθεῖναι. Il. 7, 364. 391. (Falso L. M. 346.) οἴκ. ἄλλο Εὐμήλῳ ἐπιδοῦναι. 23, 558. ἵππον δέ τοι αὐτὸς δώσω, τὴν ἀρόμην. εἰ καὶ νύ κεν οἴκ. ἄλλο μεῖζον ἐπαιτήσειας, ἄφαρ κέ τοι αὐτίκα δοῦναι βουλοίμην. — De Od. 19, 237 cf. II, nt. 5 init.

οὐρανόθεν. ἦλθε δ' Ἀθήνη οὐ. Il. 1, 195. ἦλθον οὐρ. 1, 208. (Om. Dc.) Accedit una ex sollemnibus illis formulis Homericis, quae, ut perpetua epitheta ornantia, propriae sunt epicae poesis: ὀρώρει δ' οὐρανόθεν νύξ. Od. 5, 294. 9, 69. 12, 315. — οὐρανόθεν δ' ἄρ' ὑπερράγη ἄσπετος αἰθήρ. Il. 16, 300. et ascribam bono animo etiam 8, 558, licet spurius uersus sit putandus, quoniam criticum huiusce modi negotium alienum est ab hac commentatione; „in der Luft, in the air“ Dc. Melius Uschner. (Homer's

Ilias: übers. Berl. 1861): Endlos aber erschliesst sich vom Himmelsgewölbe der Aether.

οὐϱ. καταβάς. Il. 11, 184. Od. 6, 281. καταβᾶσα. Il. 17, 545. Od. 20, 31. νέφος ἤγαγε Φοῖβος Ἀπόλλον οὐϱ. πεδιόνδε Il. 23, 189. οὐδὲ σελήνη οὐϱανόϑεν πϱοὔφαινε. Od. 9, 145. (cf. II nt. 5) „Schien vom Himmel herab.“ J. H. Voss.

ποντόϑεν. κῦμα. π. ὀϱνύμενον. Il. 14, 395. Mira socordia h. l. s. u. πάντοϑεν affert L. M.

πϱύμνηϑεν. Ἕκτωϱ δὲ πϱ. ἐπεὶ λάβεν, οὐχὶ μεϑίει. Il. 15, 716.

„At propria ui amissa πϱ. pro genitiuo accipiendum est.“ Potuit quidem poeta πϱύμνης scribere, sicuti paullo supra (704) legimus Ἕκτωϱ δὲ πϱύμνης νεὸς ἥψατο ποντοπόϱοιο, nec licet aliter in pedestri sermone dicere, ut habet utroque loco P. τῆς πϱύμνης ἐπελάβετο. Sed nescis eandem rem uarie posse et accipi et uerbis exprimi? Legi nuper in scriptione quadam Wichernii „wegen des Weiteren darf verwiesen werden“ nec procul inde audacius „des Weiteren verweisen.“ (cf. „in diesen Blättern des Weitern widerlegen.“ J. W. Hanne, Bekenntnisse 1861. p. 25.) Res non diuersa, sed aliud aliter sentimus. Cuius rei ne obliuiscamur, uehementer est cavendum. Talia enim negligentes qui poterimus in ipsa linguarum, ut ita dicam, penetralia intrare et propriam gentium indolem recte discernere ac diiudicare? Dicimus nos nostro iure: „am Baume hangen“, in arbore pendere, suo iure Graeci dicunt „κϱέμασϑαι ἐκ τοῦ δένδϱου“ ex arbore pendere. Tale autem discrimen praetermittere philologum dedecet, decet illustrare et explicare. Tangens igitur rem tactam afficit aliquo modo, cum transeat ad eam uis tangentis. Itaque non sine ratione mere logice et nos et Latini his uerbis casum transitiuum uel affectiuum [3]), „accusatiuum“ adiungimus. Graecis uulgo tangentem res quasi in sua recipit, inhaerescit quodam modo in ea (cf. ἔν τ᾽ ἄϱα οἱ φῦ χειϱί). Ita bene ad modum et poetice casui inhaesiuo „genitiuo“ haec uerba coniunxerunt. Hoce loco sic res animis informatur, ut tangendi actio initium uideatur a re tangenda capere [4]). Similiter pro Homerico (Il. 4, 463)

τὸν δὲ πεσόντα ποδῶν ἔλαβε κρείων. P: τοῦτον δὲ πεσόντα ἐκ τῶν ποδῶν κατείληφεν ὁ βασιλεύς.

ὑπερωϊόθεν. Τοῦ δ᾽ ὑπ. φρέσι σύνθετο θέσπιν ἀοιδήν. Od. 1, 328. „ex superioribus aedibus". Dc. cf. (s. u. κλισίηθεν p. 12). Il. 11, 603. Nos paullo aliter: „oben im Söller". J. H. Voss.

ὑψόθεν. ἐκ τοῦ ὕψους, ex altidudine κατὰ δ᾽ ὑψ: ἧκεν ἐέρσας. Il. 11, 53: ὑψ. ἔμβαλ᾽ ἀείρας „sublat. iniecit ex sublimi." 12, 383: τῷ δ᾽ αἰετῷ εὐρύοπα Ζεὺς ὑψόθεν ἐκ κορυφῆς ὄρεος προέηκε πέτεσθαι. Od. 2, 147: δεινὸν δὲ βρόντησε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε ὑψόθεν. Il. 20, 57: αὐτίκα δ᾽ ἐβρόντησεν ἀπ᾽ αἰγλήεντος Ὀλύμπου ὑψόθεν ἐκ νεφέων. Od. 20, 104: δὴ τότ᾽ Ἀθηναίη φθισίμβροτον αἰγίδ᾽ ἀνέσχεν ὑψ. ἐξ ὀροφῆς, ut ex sublimi penderet. Bene J. H. Voss: Hoch von der Decke daher. Od. 22, 298. — κατὰ δὲ ψυχρὸν ῥέεν ὕδωρ ὑψ. ἐκ πέτρης: Od. 17, 210. ἐκρέμω ὑψόθεν. Il. 15, 18: Ex sublimi pendebas.

Non mere ad locum pertinent, sed ad causalem uim transeunt:

Διόθεν μοι Ὀλύμπιος ἄγγελος ἦλθεν. Il. 24, 194. Δι. δέ μοι ἄγγελος ἦλθεν. 561.

θεόθεν, diuinitus: θ. δ᾽ οὐκ ἔστ᾽ ἀλέασθαι. Od. 16, 447. „vom Gott her". Voss. Versus a Faesio hic citatus (Od. 9, 411): νοῦσον γ᾽ οὔπως ἔστι Διὸς μεγάλου ἀλέασθαι sensu admodum similis est; ad elocutionem conferas malim οὐδέ τί μιν θάνατον τρομέεσθαι ἄνωγα ἔκ γε μνηστήρων.

Non raro praepositiones adiunguntur quibuscum genitiuus coniungi solet: ἀπό uel ἐξ. Quae res uidetur non nihil attulisse, ut hunc ablatiuum in θεν genitiui instar esse falso opinari inciperent itaque [5]) suffixo ad genitiuum declarandum abuterentur (uide c. VI. fin.). Sed, tametsi, utrum solum οὐρανόθεν dicam an ἐξ uel ἀπό addam, eodem redit: tamen minus accurate abundare praepositionem multi profitentur [6]). Prudentius iudicatur Umbr. Spdkm. II p. 72: proximus ab re. Die Praep. Lat. um d. Verhältniss genauer zu bezeichnen, für dessen Ausdruck der blosse Casus in seiner Grundbedeutung schon hinreichend ist. Exempla apud Homerum exstant haec:

1. Nomina propria.

ἐξ Αἰσύμηθεν. Il. 8, 304.

ἀπὸ Τροίηθεν ἰόντα (ἰόντι). Il. 24, 492 (de quo l. cf. c. II. nt. 5). Od. 9, 38.

2. Nomina appellatiua.

ἐξ ἁλόθεν χαλεπὴν ὄρσουσα θύελλαν. Il. 21, 335.

Neque enim cum Faesio ἐξ ad ὄρσουσα referimus, sed cum proximo uocabulo ἁλόθεν coniungimus, ut saepius ἐξ οὐρανόθεν legimus. P.: πορεύσομαι ἐκ τῆς θαλάττης δεινὴν διεγερο῀υσα (sic legendum uidetur pro διεγείρουσα) καταιγίδα. Ceterum, ut totam rem acrius discernamus, de praepositionum ui non nulla erunt explananda. Quarum ueram originem reputantibus et ipsam sermonis consuetudinem considerantibus hoc fere uerisimillimum uidetur esse. Primo nudi casus uerbo adiungebantur, uelut hodie legimus καί μευ κλέος οὐρανὸν ἵκει, gloria mea coelum assequitur, perueniens ita quasi afficit coelum, ut eo potiatur. Spirans quodam modo et agens animis oculisque obuersatur. τί νύ σε φρένας ἵκετο πένθος, quid te, mentem tuam adiit, inuasit dolor? Romam [7]) eo: Roma eundo potior, ich ergehe Rom. cf. Simrock. Die Wahl des Bischofs Hildebold: Als er nun Köln erritten, plane respondens Lat. urbem expugno *) i. e. pugnando urbe potior. Idem igitur accusatiuus proprie ualet in „Romam contendit“, atque in „Romam petiuit“ (cf. Hiecke l. l. p. 6). καὶ τότ' ἄρ Αἴας εἶπε βοὴν ἀγαθὸν Μενέλαον. Il. 17, 237=651. Menelaum loquendo affecit, allocutus est [8]); quo eodem modo in Scr. lingua radix brû, loqui transitiuum accusatiuum personalem habet [9]). — Ἀργεῖοι δὲ νεῶν μὲν ἐχώρησαν τῶν πρωτέων. Il. 15, 655: Argiui in primarum nauium ambitu cesserunt: ibi cedere incipiunt, excedere eos nauibus primis quisquis sapit coniectura assequitur [10]). Ita nec necesse est tale

---

*) er- enim est idem quod Goth. us- = ex cf. us-giban. ἀποδιδόναι. Ulf. Mtth. 6, 6. 18. ur-rinnan (pro us-rinnan). Ulf. Mrc. 4, 3 cf. 6. = ἐξέρχεσθαι.

quid apponi nec est hic additum. Possumus tamen aduerbium ἔξω uel ἐξ addere: ἔξω (ἔξ) Ἀργεῖοι νεῶν ἐχώρησαν „extra Argiui cesserunt in nauium ambitu“, ut ad uerbum uertamus. Quo facto facile aduerbium cum uerbo, cui maxime primitus annectitur, propius coniungitur et coalescit: νεῶν ἐξεχώρησαν. Ad substantiuum autem quando se applicauit, praepositio oritur: ἐκ νεῶν ἐχώρησαν. — Ratione haud dissimili etiam οὐρανόθεν καταβαίνειν, quamquam hoc inde ab initio non multum distat ab ἐξ οὐρανοῦ καταβαίνειν, ἀπό uel ἐξ assumit, quae aduerbia etiam apud ablatiuos euadunt praepositiones. Sed haec hactenus. — Iam uero ex iis quae explanauimus etiam hoc sequitur, quam mirum sit tmeses statuere in ἀπὸ Τρώων κεφαλὰς καὶ τεύχεα κῆαι similibusque structuris. Primo enim simplicia uerba et seorsum aduerbia definitiua collocantur [11]), postea ad composita uerba sermo progreditur. Apud nos quidem, etsi iam inuenitur „Er anerkennt seine Schuld“ quis tandem tmesin esse dicet: „Er erkennt seine Schuld an“? Quod utinam ne ab historia linguarum oculos grammatici multi auerterent neue suauem illam et uiuidam et quasi calentem earum poesin ad frigidae artis normam dirigerent ruentemue sua ui, ut ita dicam, amnem molibus obiectis coercerent! [12]).

ἀπ' οὐρανόθεν προΐαλλεν Il. 8, 365. (Om. Dc.) ὅτ' ἀπ' οὐρ. σμαραγήσῃ 21, 199. (θε. Bk.) (cf. 20, 113: ἐβρόντησας ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόεντος) ἐπὶ γαῖαν ἀπ' οὐρ. προτράπηται (προτραποίμην). Od. 11, 18. (Om. Dc.) 12, 381.

ἐξ οὐρανόθεν κρεμάσαντες Il. 8, 19. οὐκ ἂν ἐρύσαιτ' ἐξ οὐρ. πεδίονδε. ibid. 21. ἠΰτε ἶριν τανύσσῃ Ζεὺς ἐξ οὐρ. 17, 548. — „ubi uel praepositio uel paragoge abundat“. Dc.

Ad illustrandum uariarum formularum proprium sensum omnes iam cum uersionibus componemus.

οὐρανόθεν. Himmel-her. coelitus. cf. und eilet froh wald-aus. Uhland.

ἀπ' οὐρανόθεν. fort, ab [13]) Himmel-her. a coelo.

ἐξ οὐρανόθεν. hinaus Himmel-her. ex coelo.

ἀπ' οὐρανοῦ. ab [13]) } Bereichs des Himmels.
ἐξ οὐρανοῦ. hinaus }

ab, coeli ambitu. — ex, coeli ambitu [13b]).

θεν de tempore.

ἠῶθεν. Att. ἕωθεν, de aurora, ut habent Latini „de tertia uigilia“, tertia uigilia nondum exacta, noch in der dritten Nachtwache [14]). cf. ἀπὸ δ' αὐτοῦ, de prandio, gleich nach dem Mahle. Il. 8, 54. (cf. Faesi.) — Est de insequenti die, ut liceat interpretari: postero mane [15]). cf. ἠοῦς. Il. 8, 470 = 525. h. l. Faesi.: Am Morgen, morgen früh und den Tag hindurch. — ἠῶθεν ἴτω. Il. 7, 372. ἔβη. 381. 11, 555. (e contrario positum 551 πάννυχοι ἐγρήσσοντες). 17, 664. ἠ. νεῦμαι 18, 136, ubi adicitur ἅμ' ἠελίῳ ἀναδύντι, sicut alibi μάλ' ἦρι, de aurora multo mane uel bene mane. Od. 19, 320. „Morgen früh.“ J. H. Voss. ἠ. δ' ὄτρυνε. Il. 23, 49. ἠ. θήσονται περὶ ἄστυ μάχην. Il. 24, 401. ἠῶθεν δ' ἀγορήνδε καθεζώμεσθα. Od. 1, 372. „morgen“ J. H. Voss. ἠ. νέας ἕλκομεν (impf.) εἰς ἅλα δῖαν. 3, 153. „früh.“ Voss. ἠ. εἶμ'. 3, 366. „früh am Morgen.“ Voss. μῦθοι δὲ καὶ ἠῶθέν περ ἔσονται 4, 214. „morgen frühe.“ Voss. ἠ. δὲ γέροντας καλέσαντες. 7, 189. ἠ. δ' ἀναβάντες ἐνήσομεν εὐρέϊ πόντῳ. 12, 293. ἠ. τὰ σὰ ῥάκεα δνοπαλίξεις. 14, 512. ἠ. ἀπονέεσθαι. 15, 308. ἠ. ἰέναι. 17, 600. ἠ. δέ κεν ὁδοιπόριον παραθείμην. 15, 506. ἠ. αἶγας ἄγειν. 21, 265. ἠ. δὲ θεὸς δώσει κράτος ᾧ κ' ἐθέλῃσιν. 21, 280. ἠ. δήτοι λέγομεν (impf.) λεύκ' ὀστέ, Ἀχιλλεῦ. 24, 72. εἰ πάντες σε ἴδοιεν ἀν' Ἴασον Ἄργος Ἀχαιοί, πλέονές κε μνηστῆρες ἐν ὑμετέροισι δόμοισιν ἠῶθεν δαινύατ' (υίατ' Thiersch. § 162, 2), ἐπεὶ περίεσσι γυναικῶν εἶδός τε μέγεθός τε ἰδὲ φρένας ἔνδον ἐΐσας. Dixerit forsitan quispiam posse h. l. (Od. 18, 248) ἠῶθεν sic accipi „inde ab aurora totum diem“ neque cogitari de insequenti die. Tum uero quam languida euadet oratio? Accedit, quod simplicissimum est locoque aptissimum dici: Si omnes te uideant Achiui, plures domi uestrae statim ab posteri diei aurora epulentur, quoniam ita praecellis pulcritudine.

Hic num semper plane uigeat θεν, dubium est quam maxime. Videtur enim in hoc ipso uocabulo ἠῶθεν conspici, quam paullatim imminui notionis uis coepta sit.

θεν de auctore.

Διόθεν βλαφθέντα βέλεμνα Il. 15, 489. ab Ioue, cf. diuinitus; supra p. 14. Similiter apud Hebraeos מִן, apud

Indos ablatiuus usurpatur. Winer. lex. p. 565 nr. 3 c. Schweizer. apud Hoeferum l. l. p. 453 sq. — cf. ἐκ Διὸς οὐχ ἔπετ' ἀλκή. Il. 8, 140.

θεν ad alias res translatum retento uigore.

οἴκοθεν de meo, suo. uide p. 12.

πατρόθεν ἐκ γενεῆς ὀνομάζων ἄνδρα ἕκαστον. Il. 10, 68. Schol.: ὡς ὅταν λέγῃ „διογενὲς Λαερτιάδη." τὸν πατέρα γὰρ δηλοῖ, τὸ δὲ διογενὲς τὸν ἀρχηγὸν τοῦ γένους etc. Similiter Eust. p. 704. l. 25 sqq. Nimis artificiosa haec uidentur, nam etiam si dico Νέστορ Νηληϊάδη, tum πατρόθεν ἐκ γενεῆς appelletur. cf. P.: ἐκ πατρῴου γένους ὀνομάζων. Eust. l. l. l. 35 sq.: ἰστέον δὲ καὶ ὅτι δύναται καὶ ἄλλως τὸ πατρόθεν καὶ τὸ ἐκ γενεῆς ἐκ παραλλήλων δηλοῦν τὴν αὐτὴν ἔννοιαν.

πεδόθεν. μύθων κλοπίων, οἵ τοι π. φίλοι εἰσίν. Od. 13, 295. Penitus, funditus, ἐκ ῥίζης. Sic malim accipere quam βρεφόθεν (ἀπὸ τοῦ τοὺς γεννωμένους ἐν τῷ πέδῳ πατεῖν.) Schol. cf. νειόθεν ἐκ κραδίης. c. V. p. 19. „ganz u. v. Grund aus." Hagenbach, Vorles. über die Reformation. p. 186.

Adiecta praepositione κατὰ κρῆθεν, de quo egimus c. III p. 7. Primitus de loco intelligitur. Od. 11, 588. (om. L. M.): δένδρεα δ' ὑψιπέτηλα κατὰ κρῆθεν χέε καρπόν. „Ragende Bäum' auch neigten ihm fruchtbare Aest' um die Scheitel." Voss. Hinc translatum est pro κατὰ κράτος. Il. 16, 548: Τρῶας δὲ κατὰ κρῆθεν λάβε πένθος. Bene Faesi.: Ueber d. Haupt herab, also auch vom Kopfe an, ganz u. gar. „über und über." Rost ap. Dc. p. 599. cf. Il. 16, 640: βελέεσσι καὶ αἵματι καὶ κονίῃσιν ἐκ κεφαλῆς εἴλυτο διαμπερὲς ἐς πόδας ἄκρους. 18, 353: ἑανῷ λιτὶ κάλυψαν ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς. 23, 169: ἐκάλυψε νέκυν ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς.

De forma θύρηθ' uide nt. 5. c. II.

V.

De adiectiuis in θεν cadentibus.

Venimus ad ea adiectiua quae, cum substantiuorum gradum obtineant, θεν suffixum habent.

νειόθεν. ἀπεστενάχιζ' Ἀγαμέμνων ν. ἐκ κραδίης. Il. 10, 10. ἐκ τῶν ἐσωτάτω λογισμῶν. ἔνδον γὰρ ἐν τοῖς ἐπιλογισμοῖς τὰ δεινὰ ὁρῶν καθ' ἑαυτὸν στένει. Schol. ex intimo pectore, „von Herzensgrunde." (cf. νειόθι Il. 21, 317: τά που μάλα νειόθι λίμνης κείσεθ' ὑπ' ἰλύος κεκαλυμμένα. In ima palude.

πάντοθεν, undique (=unde, cunde-que). ἄταλλε δὲ κήτε' ὑπ' αὐτοῦ πάντοθεν ἐκ κευθμῶν. Il. 13, 28. undique ex latebris. ἀξέμεν ὕλην π. ἐκ κλισιῶν. 23, 112. ἐπήλυθε μῆλα π. ἐξ ἀγρῶν. Od. 17, 171. ἔῤῥεε δ' ἱδρὼς πάντ. ἐκ μελέων. Il. 23, 689. 16, 110. (πάντοθεν ἀρχόμενος μελέων Od. 14, 428 deterior lectio est pro πάντων ἀ. μ. cf. Schol.: Ἀρίσταρχος πάντων, αἱ δὲ εἰκαιότεραι πάντοθεν.) περὶ γὰρ κακὰ πάντοθεν ἔστη. Od. 14, 270. 17, 439. ζεῖ πάντοθεν ἀμβολάδην. Il. 21, 364. — Il. 15, 623: λαμπόμενος πυρὶ πάντοθεν.

τηλόθεν, quod ideo hic inseruimus, quoniam sine dubio uidetur fuisse adiectiuum τηλός, ex quo etiam τηλοῦ, τηλόσε, τηλοῖ, τηλοτέρω, τηλοτάτω fluxisse existimo. ἐκ Πύλου ἐλθών, τηλόθεν ἐξ ἀπίης γαίης. Il. 1, 270. ἐνθάδ' ἱκάνω τ. ἐξ ἀπ. γ. Od. 7, 25. ἄγε τ. ἐξ Ἀμυδῶνος. Il. 2, 849. Αὐτὰρ Ἁλιζώνων Ὀδίος καὶ Ἐπίστροφος ἦρχον τ. ἐξ Ἀλύβης. 2, 857. ἦρχεν Λυκίων τ. ἐκ Λυκίης. 2, 877. μάλα τ. ἥκω. 5, 478. τ. ἦλθεν. 5, 651. ὥσθ' ὅτε καπνὸς ἰὼν ἐξ ἄστεος αἰθέρ' ἵκηται, τ. ἐκ νήσου. 18, 208. τηλόθεν εἰλήλουθας. Od. 9, 273. 13, 237. εἰληλουθώς. 19, 28. εἰ καὶ μάλα τ. ἐσσί (ἐστίν). 6, 312. 7, 194. τ. ἐκ Σολύμων ὀρέων ἴδεν. 5, 283. ῥεῖα θεός γ' ἐθέλων καὶ τηλόθεν ἄνδρα σαώσαι. 3, 231. σήμηνε δὲ τέρματ' Ἀχιλλεὺς τ. ἐν λείῳ πεδίῳ. Il. 23, 359. „πόῤῥωθεν." P. „Vbi est pro τηλοῦ, procul in campo." Dc. Bene Papius: In einzelnen Verbindungen steht es (τηλόθεν) dem τηλοῦ nahe, wie Il. 23, 359, was aber so aufgefasst ist: er bezeichnete das Ziel v. ferne auf d. Gefilde.

Adiecta praepositione ἐξ ὁμόθεν πεφυῶτας. Od. 5, 477. ὁμόθεν. ἐκ τοῦ αὐτοῦ. Moeris ed. Bekker p. 204: „aus d. Gleichen, d. i. ebenmässig gewachsen." Nitzsch. Hoc simplicissimum uidetur. Cur autem ad πεφυῶτας ἐξ

pertinere debeat, non uideo (ctr. Faesium et Crusium) cf. ea quae ad ἐξ ἀλόϑεν explanauimus p. 15 sq. — Eustath. p. 240 l. 21. sq.: ἐν δὲ τῷ ἐξ ὁμόϑεν ἢ πλεονάζει ἡ πρόϑεσις καϑ' ὁμοιότητα τοῦ ἀπ' οὐρανόϑεν καὶ τῶν τοιούτων, ἢ καὶ προςνέμεται τῷ πεφυῶτας, ἵνα ᾖ ὁμόϑεν ἐκπεφυῶτας.

ϑεν ad alias res translatum.

λώβη τάδε γ' ἔσσεται αἰνόϑεν αἰνῶς. Il. 7, 97. ἐκ δεινῶν δεινά. P. Ita quoniam origo rei terribilis cum ipsius terribili ratione coniungitur (cf. Hdt. 4, 3: οἱ δὲ ἐνόμιζον ὅμοιοί τε καὶ ἐξ ὁμοίων ἡμῖν εἶναι), superlatiua quaedam uis ex hac structura oritur. (cf. Faesium ad h. l.) „Dedecus haec erunt nimium quantum.“ Dc. Simile quid habent hae structurae: ἄρρητ' ἀρρήτων τελέσαντα. O. R. 465. ἔσχατ' ἐσχάτων κακά. Phil. 65. γῆρας ἄφιλον, ἵνα πρόπαντα κακὰ κακῶν ξυνοικεῖ. O. C. 1238. ὄνομα γεγραμμένον· βασιλεὺς βασιλέων καὶ κύριος κυρίων. N. T. apoc. 19, 16. βασανισϑήσονται ἡμέρας καὶ νυκτὸς εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. 20, 10. βασιλεύσουσιν εἰς τ. αἰ. τ. αἰ. 22, 5. cf. Hebr. שִׁיר הַשִּׁירִים „canticum canticorum.“ קֹדֶשׁ קָדָשִׁים, adytum (sanctum sanctorum) שְׁמֵי שָׁמַיִם altissimi coeli (coeli coelorum); de quo conferri potest Delitzsch. Comm. zur Genesis. ed. 3. p. 92. zum Psalter. II. p. 356. cf. apud nos: „Das Schrecklichste der Schrecken“. Schiller. „Der Mensch d. Räthsel aller Räthsel“. Luthardt: v. d. letzten Dingen. 1861. p. 2.

οἰόϑεν. ἥν τινά που Δαναῶν προκαλέσσεται οἰόϑεν οἶος. Il. 7, 39. Plane solus. Falso Schol.: πρὸς τὸ σχῆμα μονόϑεν μόνος ἀντὶ τοῦ μόνος πρὸς μόνον. — νῦν μὲν δὴ σάφα εἴσεαι οἰόϑεν οἶος, οἶοι καὶ Δαναοῖσιν ἀριστῆες μετέασιν. Il. 7, 726. experieris ipsissimus. Eodem fere redit clarissimi carminis ecclesiastici illud: Ich, ich selbst, kein Fremder nicht; quod scriptum est ad similitudinem loci V. T. Job. 19, 27: אֲשֶׁר אֲנִי אֶחֱזֶה־לִּי וְעֵינַי רָאוּ וְלֹא־זָר (quem ego uidebo mihi et oculi mei conspicabuntur neque alienus).

VI.

Enumerantur pronomina quae addito θεν apud Homerum occurrunt.

Sequitur, ut de pronominibus dicamus. Ex quibus ea quae aduerbialiter usurpantur quoniam insequenti capiti reseruare uoluimus, de tribus tantum formis hic erit agendum, de iis quae a pronominibus personalibus deriuantur: ἐμέθεν, σέθεν, ἕθεν [1]).

θεν proprio sensu de loco positum.

περὶ πάντων φίλατο παίδων οἳ ἕθεν ἐξεγένοντο. Il. 20, 305.

b) cum uicinitatis uocabulis.

